



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jtem de testamentis

urn:nbn:de:hbz:466:1-30901

prohibendo inhiberi faciendo vel statuendo ne aliqui in curia nostra causam suam exequantur. **¶** Item arrestando capiendum vel capi faciendo per iniusticiam seculari iatores mandatorum curie nostre vel illos qui in curia nostra suos aduersarios trahunt in ius vel liberando vel liberari faciendo vel comminando vel litteras curie nostre rapiendo vel lacerando vel etiam alia faciendo, per que processus negotij valeat retardari. **¶** Contrarij facientes quos in his scriptis excoicam? per plebanos locorum ubi premissa perpetrata dinoscuntur excoicati nominatim et publice in ipsorum ecclesijs nunciarentur. Et si dicti excoicati in ipsa excoicatione per septem dies manserint ipsum locum et ecclesiam que et quam in his scriptis ecclesiastico supponimus interdictum ipse locus et ecclesia veniant publice ab eisdem locorum plebanis interdictum ecclesiastico subiacerent. **¶** Item precipim? sub pena excoicationis late sine ut ecclesiarum rectores vel eorum vices gerentes sigilla propria habeant et percurent infra menses unius ab hac die numerandus. Et quod nihil recipiant nec extorqueant a litigatoribus per executionem mandatorum huiusmodi faciendam.

De testamentis

Hi executores testamentorum non nisi negligenter non nisi maliciose in bonis defunctorum versantur. **¶** Et quod hec et his similia donec diligentia episcopi emendari. **¶** Precipim? ut coram duobus in singulis archidiaconatibus a nobis deputandis executores testamentorum singulorum archidiaconatum in numero et valore bonorum defuncti de erogatis ab ipsis reddant debitam rationem. Et concedim? his qui a nobis super hoc erunt deputati potestatem vocandi coram se executores predictos et eorum contumaciam si venire noluerint per censuram ecclesiasticam puniendi et excoicandi ab eis debitam rationem. Si quid autem fraudis vel negligentie perceperint ad nos referre procurent.

De obseruatione interdicti qualiter sit obseruandum.

Um plerumque et communiter circa obseruationem interdictorum perniciose hactenus sit erratum communi morbo communem volentes adhibere medelam. Statuimus ut quocumque locum aliquem auctoritate nostra ordinaria vel delegata ecclesiastico interdictum supponi contigerit omnibus tam extrema vinctio quam sepultura et alia sacramenta ecclesiastica penitus denegentur. Exceptis baptismo puulorum et peruenientia morientium ac viatico quod morientibus in penitentia non negatur. **¶** Clericos autem decedentes qui causam interdictum non dederunt et qui reuerenter interdictum seruauerunt in cimiterio sine campanarum pulsatione cessante omni solennitate cum silentio concedimus tumulari. **¶** Item si in aliqua ecclesia consuetudinem latam fuerit interdictum licet sit duobus vel tribus sil' ianuis clausis voce submissa ita quod extra auditum non possint excoicatis et interdictis exclusis horas canonicas dicere si tamen ipsi interdictum causam aliquam non dederunt. **¶** Preterea tempore interdicti licitum est ecclesiarum ministris semel in septimana voce submissa clausis ianuis excoicatis et interdictis penitus exclusis missam celebrare ad conficiendum corpus domini quod vel est dictum morientibus in penitentia conferri potest. **¶** Item si aliquibus per privilegium concessum sit ut non obstante interdictum diuinum precebeant officium spiritus subintelligendum est excoicatis et interdictis exclusis voce submissa ianuis clausis campanis non pulsatis omni solennitate premissa. et ita deinceps precipim? inuolabiliter obseruari. **¶** Et quia nos intelleximus quod fratres hospitalarij et quidam alij asserentes se habere privilegium quod in locis interdictis possint diuina celebrare officia. excommunicatis et interdictis uocatis exclusis